

οἱ πολλοὶ ἀστικοὶ τε καὶ Φαιδρεῖμονες, καὶ μόνον οἶμαι ὄγκῳ τῶν βασιλείων ἕνεκα,
καὶ τῆς ἐν ταῖς παροδοῖς μεγαλαυχίας ἐξευρημένοι. Nempe primitus quidem
hic ordo dabatur solis militiae peritis exercitatisq; loco praemii, sed
postquam nundinatio irrepfit, ignavissimus quisq; emit hunc hono-
rem. Ita enim fieri nimis quam affolet,

Videtis ergo nobilitatem Scholae. *Schola* est γυμνάσιον, παιδευτή-
ριον, διδασκαλεῖον, φροντιστήριον, φοιτητήριον, domus doctrinae,
domus sapientiae, domus disquisitionis & considerationis, unde R.
Nechoniah (ο) solitus est olim dicere, *Gratias ago tibi, Domine Deus,*
quod posuisti partem meam ex illis, qui confident in scholis, & non posuisti
partem meam ex sedentibus in angulis viarum. Atq; sic nullatenus im-
probandum est studium docti Adolescentis CHRISTIANI Hirsches
Sprebergâ-Lusatii, qui de *Scholarum Dignitate & Utilitate* loco Va-
ledictionis peroraturus est oratione Latina soluta, quam memoriter re-
citabit: idem enim ex memoriâ suâ praestitit anno LVIIimo, ubi &
de Spiritus S. vento verba faciebat, & post circa festum Christi Natali-
tium *de causis ob quas Salvatore nostro nomen JESU impositum fuisset.*
Nec Parentem ejus Virum Eruditum atq; Prudentis. Dn. STEPHA-
NUM Hirsch/ Cos. Sprebergensem, & ipsum olim Scholae hujus A-
lumnum, umquam poenitebit, quod anni cIo cIc LVti die XXVII. Se-
ptembris *Cotbusio* arcessitum nostris Musis Evangelicis Filium con-
secraverit, neq; ipse suâ se spe aut voto à nobis fraudatum dicere,
umquam poterit, quin potius pulchrè sibi foeneratum hoc temporis
fatebitur atq; praedicabit, neq; etiam, ad quos ille venturus cunq; est,
idem istud non cum aliquâ nostrâ laude & ipsius fruge agnoscent.

Frigida cervorum mens est, *Lucretius* inquit, *lib. III. v. 300.*

& motu tremulo membra salire solent:

Davidi gelidas adspirat cervus ad undas, *Psalms XLII,*
ut rabidam possit fonte levare sitim.

Sic Tua, CERVE, Deum sitiant mens, auris & ora,
nempe Redemptoris flumina pura sui,

Dab. Budisf. Lusatiae ad d. V. Kalend. Aprileis cIo cIc LIX.

(ο) *Buxdorff. Florileg. Hebraic. Tit. Schola,*

Sal-